



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Pastor siue Parochus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

talis actio non est dispensatio meritorum Christi, ut est administratio Sacramentum. Vasquez & alij 6. Idem à fortiori dicendum de exercitio minorum Ordinum, quia probabile est hos non esse Sacramenta. Cabrera. *ibid.* ref. 195. & 196.

21 Clerici sacris Ordinibus initiati peccant mortaliter, si per contumaciam, aut contemptum non deferant habitum, & tonsuram; neque debent unquam incedere, quin aliquâ notâ internosci possint à laicis. Villalob. & Caiet. Secus est de iis qui in minoribus solum Ordinibus sunt. Sorus & alij 3. *ibid.* ref. 183. & p. 5. tr. 5. ref. 60.

Vide *Suspensio.*

P

## P A S T O R

*sive Parochus.*

1 **P**arochus in suâ Parochiâ residens, sed per alium administrans Sacramenta sine necessitate, peccat mortaliter, & tenetur ad fructuum restitutionem; quia adesse inutiliter, idem est quod

quod  
minis  
mina  
cius  
2 P  
ciona  
suâ  
lench  
tr. 7  
3 P  
dire  
se, ve  
ter p  
tis, at  
pecca  
ue al  
bent  
etian  
quan  
nem  
4 P  
valic  
alij 6  
tad.,  
cedit  
5 Par  
ad a  
fo se  
mun



quod abesse. Non tenentur tamen administrare Sacramenta noctu, nisi nominatim, & instanter flagitentur. Saneius & alij. p. 3. tr. 4. ref. 156.

2 Parochus non tenetur per se concionari, modò efficiat vt in parochiâ suâ non desint concionatores. Trullench. etsi contrâ sentiat Bonacin. p. 6. tr. 7. ref. 13.

3 Probabile est Parochum teneri audire confessiones subditorum vel per se, vel per alium, quoties id rationabiliter petunt, siue ratione festi occurrentis, aut indulgentiarum, siue quia habent peccata quæ conscientiam grauant, siue aliam ob causam: quia subditi habent ius petendi. Vasquez & alij 4. Etsi etiam probabile sit non teneri, nisi quando ipsi obligantur ad confessionem. Reginald. & alij 4. p. 2. tr. 16. ref. 2.

4 Parochus excomm. non-toleratus validè assistit matrimonio. (Pontius & alij 6.) imò & licitè. (Sanchez & Hurtad.) & licentiam assistendi alteri concedit. p. 5. tr. 9. ref. 78. 79 & 80.

5 Parochus credens noctu, se vocandū ad agrū, non peccat mortaliter, secluso scandalo, si sacrum oleum secum domum deferat. Barbosa. p. 5. tr. 3. ref. 91.



## Paupertas.

1. **C**om mendatarij D. Iacobi Alcantara, &c. possunt de redditibus suis Ecclesiasticis pro libitu disponere, sicut de patrimonialibus, non obstante voto paupertatis. Sanch. & Hurtad. p. 5. tr. 14. ref. 94. Ceteri verò omnes Religiosi possunt etiam post Concilium Trident. habere pecuniam à Superioribus concessam ad vsus licitos & honestos, dependenter à Superiorum voluntate. Sanch. & alij 12. p. 1. tr. 6. ref. 32.

2. Ea quantitas quæ sufficit in secularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti, videtur etiam sufficere ad peccatum mortale, si Religiosus eam vsurpet de bonis monasterij sine licentiâ Superioris. Molin. & alij 4. sed probabilius est requiri quatuor argenteos, (Sanchez & Io. de la Cruz.) licet aliqui duos aureos ponant. Rodriq. Sotus, Aragon. Alij verò Religiosos hinc cum filiis-familias putant comparandos, ac propterea maiorem in iis summam requiri, quàm in secularibus v. g. ad 8. vel 9. argenteos, sive regales. Ledesm. & Cened. sed quidam vniuersim requirunt vnum aureum, in

regio  
bund  
ref. 36  
3 R  
piens  
riori  
neuu  
furna  
& ef  
ter il  
ris in  
dimi  
vel in  
diues  
cere  
vitate  
quò  
aliis  
euler  
Sanc  
nibu  
p. 1. r  
4 R  
ris f  
rij p  
iis ig  
quat  
talit  
Reli